


Peter Wasmund Nikolaus Köppen

Collegii Imperialium Institutionum Disputatio Ordinaria XII. De Hereditatibus, Quae Ab Intestato Deferuntur

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730622274>

Druck Freier  Zugang



RU jur. 1672

Pehr Waasmündt 16

Resp Nicolai boppin

32 137
37

COLLEGI
IMPERIALIUM INSTITUTIONUM
DISPUTATIO ORDINARIA XII. 73
DE
HEREDITATIBUS, QUÆ
AB INTESTATO DEFERUNTUR.

Quam

Divinâ favente gratiâ
In Illustri Academia Megapolensi
P R Æ S I D E
DN. PETRO VVASMUNDT
Neobrand. Megapolitano.

Ad diem 3. Octobr. ventilandam.

P R O P O N I T

NICOLAUS COPPENIUS

Perleberg. Marchicus.



I. D. 290. 32.

ROSTOCHII
Typis exscriptit Ioachimus Pedanus
ANNO M. DC. XII.

LIBRARIUM
HEREDITARIUM
DA. P. P. P.



Lander 6/10 1200

LIBRARIUM
HEREDITARIUM
DA. P. P. P.

DISPUTATIO ORDINARIA XII.
DE
Successionibus ab Intestato.

Continuatio.

Duplex est hereditaria Successio; nam vel ex testamento, vel ab intestato, ad nos pertinet. Cum igitur hactenus de ea, quæ ex testamento ad nos pertinet, expositum sit: restat, ut de ea, quæ sola lege ab intestato obvenit, agatur. *Arg. §. ult. Inst. per quas person. cuiq. acquir. junct. l. 39. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 89. ff. de R. J. l. 1. ff. si tabul. testam. null. extab. l. 8. C. Commun. de Success. l. 1. ff. de petit. hered.*

T H E S I S I.

Placuit enim, pactis, contractibus, aut conventionibus, hereditatem, iure nostro Civili, deferri darive non posse. *l. 34. in fin. C. de transact. l. 15. l. fin. C. de pact. l. 5. C. de pact. convent. tam super dose &c. l. 35. §. 1. C. de inoff. testam. l. ult. ff. de suis & legit. hered. l. 61. ff. de V. O. l. 4. C. de inuul. stipul. l. 3. C. de Collati.*

II.

Ut nec successionem contra testamentum tertiam speciem acquirendæ hereditatis constituere. *Arg. d. §. ult. Inst. per quas person. Cuiq. acquir. Forster. de Success. ab intestat. lib. 1. cap. 8.*

A 2

Defini-

III.

Definiri non incommodè potest ab intestato successio, quod sit. extra testamenti casum, legitimæ hereditatis acquisitio. *Trent. part. 2. disp. 16. th. 1. lit. d.*

IV.

Et tum demùm locum habet, cum constat intestatum quem decessisse. *d. l. 39. ff. de adquir. vel omitt. hered. d. l. 39. ff. de R. J. l. 8. C. Comm. de Success.*

V.

Quod contingit, cum aut omninò testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id fecit, quod ruptum irritumve factum est, aut si ex eo nemo heres exiit. *In pr. Inst. de hered. qua ab intestat. defer. l. 4. C. de legit. hered. l. 1. ff. de suis & legit. liber. l. 64. ff. de V. S.*

VI.

Hinc disceptatum graviter à DD. An pupillus, furiosus, prodigus, filiusfam. nullum Castrente peculium habens, intestati videantur decedere, & sic intestatorum appellatione in statutis contineantur? Et quamvis multi sunt, qui hos non intestatos, sed potiùs intestabiles pronunciant, contrarium tamen veriùs est. *Arg. l. 4 § 3 ff. qui pet. tut. l. 2. § 5. ff. ad SCum Tertyll. l. 1. pr. ff. de suis & legit. hered. l. 14. § 3 ff. ad L. Falcid. l. 42. ff. de vulg. & pupill. substit. l. 9. in pr. ff. de reb. dub. l. 6. C. de testam. milit. l. 2. C. de impub. & alijs substitut. l. 10. C. de legit. hered. l. 6. C. ad SCum Tertyll.*

VII.

Cæterum olim ex LL. 12. tabb. emancipati & cognati penitùs ab hac successione excludebantur: quod durum existmans Prætor, quadruplicem bonorum possessionem introduxit, quia heredes facere non poterat. *In pr. vers. quos autem Inst. de bonor. possess.*

Unde

VIII.

Unde liberi, qua omnes liberos sine fuitatis & emancipationis differentia ad parentum suorum bona adnasci: unde legitimi, qua agnatos: unde cognati, qua cognatione junctos etiam per fæmininam lineam descendentes: & tandem unde vir & uxor, qua nullis superioribus existentibus, ne bona tanquam vacantia fisco deferrentur, conjuges invicem vocavit, *l. 1. ff. & C. si tabul. testam. null. extab. & l. 1. ff. & C. unde vir & uxor.*

IX.

Hos succedendi ordines secuta est extraordinaria bonorum possessio, eorum, quibus vel lege, vel Scto, vel constitutionibus principum, prospectum est. *§ 3. Inst. de bonor. posses. l. unic. ff. ut ex legib. Sctus bonor. posses. detur.*

X.

Sed hanc succedendi rationem jure novissimo Justin. Imp. immutavit, & Anno Christi 543 Imperij 18. generalem constitutionem edidit, ut hodie omnis successio tribus constet lineis, descendantium, ascendentium & collateralium. *Nov. 118. cap. 1. 2. 3. & Nov. 127.*

XI.

Quibus tam ex veteri quam novo jure successio viri & uxoris, & postremo fisci additur. *l. 1. ff. & C. unde vir & uxor. l. 1. l. pen. C. de bon. vacant. lib. 10.*

XII.

Prima itaq; successio est liberorum sive descendantium, his enim, tam lex divina, quam naturalis & civilis parentum hereditatem addidit. *Levit. cap. 25. v. 47. Num. cap. 27. v. 8. Deut. cap. 21. v. 16. Paul. ad Galat. cap. 4. v. 7. l. 7. § fin. ff. si tabul. testam. null. extab. l. 7. in pr. ff. de bon. damnat. Nov. 1. in prasat. §. 2. Nov. 18. in prasat. §. 2. Inst. de hered. qual. & differ. l. 1. §. 2. & seqq. ff. de suis & legit. hered.*

A 3

Sed

XIII.

Sed quia hi in varia sunt differentia; quidam enim sunt naturales & legitimi simul, quidam legitimi tantum, alij naturales, spurij alij seu vulgo quæriti, nonnulli deniq; incestuosi seu ex damnato coitu nati; de his sigillatim videbimus.

XIV.

Naturales & legitimi simul, omnibus ascendentibus & ex latere venientibus exclusis, ad parentum suorum hereditatem admittuntur, nulla in illis habita, sexus, patriæ potestatis, Suitatis, eman cipationis. aut cognationis ratione. *Nov. 118. cap. 1. & 4. Authent. in success. C. de suis & legit. liber. Forster. de Success. ab intestat. lib. 8. cap. 9. n. 6.*

XV.

Qui primi gradus existunt æqualiter sive in capita, salvo tamen conferendi jure: nepotes vero neptelæ & ulteriores inter se & cum illis in stirpes repræsentationis jure in infinitum succedunt. *l. 2. C. de suis & legit. liber. Nov. 118. cap. 1. l. 1. §. 4. & 6. ff. de suis & legit. hered.*

XVI.

Planè ut liberi primò succedere valeant, non necessariò requiritur, ut jam aura humana fruantur, sed eos in utero esse sufficit. *Arg. l. 7. l. 26. ff. de stat. hom. l. 30. §. 1. ff. de acquir. vel omitt. hered. l. 20. ff. ad SCim. Trebell. §. 2. vers. posthumi quoq; §. 8. Inst. h. t. l. 7. ff. de suis & legit. hered. l. 4. C. de suis & legit. liber.*

XVII.

Aliquando tamen evenit ut licet ejusdem gradus, filij sint æqualiter tamen non succedant, cum consuetudo vel statutum introductum est, ut primogenitus feudum sibi præcipuum habeat, quod contingit in feudis regalibus & alijs individuis. *c. 1. §. firmiter vers. præterea ducatus. de prohib. feud.*

hit. feud. al. per Frider. Vult. de Feud. cap. 8. n. 36. Borch. cap. 7. memb. 2. n. 41.

XVIII.

Hinc quaestio oritur magni momenti: ecquid nepos ex filio primogenito in successione regni vel Electoratus patruo suo secundogenito sit praerendus? Et praerendum putamus. *Aur. bull. Carol. IV: tit. 7. Hotom, illust. quest. 3. Moller. lib. 1. semest. cap. 40.*

XIX.

Nec illud incommodè quaeritur: an jure primogeniturae fruatur, qui alios quidem nativitate praecessit, eo autem tempore Pater illius, regnum, de cujus successione agitur, nondum acquisierat? Quod affirmandum putamus. *Hotom. illust. quest. 2.*

XX.

Quod si vero concurrant filij diversorum matrimoniorum bona communis Patris aequaliter amplectuntur; Lucra autem nuptialia cujusq; matrimonij liberi, & quae defunctus ipsorum parens reliquit, habebunt praecipua. *l. 3. l. 4. l. 5. C. de secund. nupt. Nov. 22. cap. 25. 26. & 29. l. 4. ff. ad SCtum Terryll.*

XXI.

Cum liberis naturalibus & legitimis simul admittuntur quoq; legitimi tantum, qui vel adoptivi in specie, vel arrogati dicuntur. *§. 1. Inst. de adopt. l. 2. ff. eod.*

XXII.

Adoptivi Patribus adoptivis tum succedunt, si tempore mortis paternae in adoptione fuerint; secus si emancipati sint patribus tamen naturalibus nihilominus legitimi heredes existunt. *§. sed hodie Inst. de adopt. §. 14. Inst. de hered. quae ab intest. deser. l. 10. C. de adopt.*

Si ta-

XXIII.

Si tamen ab ascendente aliquo facta fuerit adoptio & emancipatio fiat patre naturali mortuo, eo casu emancipatio adoptivis hodie non nocet, ac proinde tam naturali patri, quam avo succedere possunt. *Authent. in successione C. de suis & legit. liber. Nov. 118. cap. 4. arg. I. fin. Inst. de legit. agn. tutel. § 1. ff. de R. J.*

XXIV.

Idq; propterea quia filiusfam. sive ab extraneo sive à conjuncto adoptetur, si emancipetur, omnia nihilominus jura in bonis Patris naturalis integra retinet: hic enim non tam pat. pot. quam jus cognationis naturalis spectatur. *d. Authent. in successione. C. de Suis & legit. liber. d. l. 8. ff. de R. J.*

XXV.

Arrogati vero etiam à Parente arrogatore sine justa causa emancipati vel exheredati, ad minus in quarta bonorum parte, proptijs bonis retentis, intestato parenti succedunt. *I. cum autem vers. sed & si decedens Inst. de adopt. l. 22. ff. cod.*

XXVI.

Porro naturales tantum liberi, existentibus legitimis filijs, in bonis Paternis omninò non succedunt: alimenta tamen illis, juxta boni viri arbitrium, ex his debentur. *Nov. 18. cap. 5. Nov. 89. cap. 12. § 4. Authent. licet Patri C. de naturalib. liber.*

XXVII.

Si verò desit soboles legitima, Patri succedunt in duas uncias, cum matre sua in viriles partiendas. *l. 8. cum Authent. seq. l. ult. C. de natural. liber. d. Novell. 89. cap. 12. & 15. d. Novell. 18. cap. 5.*

XXIIX.

Quod verum est in liberis naturalibus primi duntaxat gradus

gradus. Nam secundi vel ulterioris gradus à successione
avi vel Proavi paterni prorsus excluduntur. *d. l. ult. vers.
sed hoc in his C. de natural. liber. d. Nov. 89. cap. 12. in fin.*

XXIX.

At quid de filijs ex diversis concubinis simul existen-
tibus progenitis censendum? Et eos Patri propter odium
effusæ libidinis omninò non succedere aperte decisum
est. *d. Nov. 89. cap. 12. §. 5. d. Nov. 18. c. 5. vers. si autem
confusa.*

XXX.

Matri vero, etiam illustri, ut & cæteris à materna li-
nea venientibus, unà cum legitimis liberis æquis portio-
nibus succedunt. *§. novissimè Inst. de SCto Orfic. l. 2. l. 8. ff.
unde cognat. l. 5. C. ad SCtm Orfic.*

XXXI.

In tantum ut testamento neglecti aut præteriti quere-
lam inofficiosi intentare valeant. *l. 29. §. 1. ff. de inoff.
testam.*

XXXII.

Sanè liberi naturales per subsequens matrimonium,
etiam in articulo mortis & absq; dotalibus instrumentis
contractum, legitimati, cum liberis reliquis, per omnia
parentibus, cognatis, agnatis, succedunt. *§. 2. Inst. h. t.
l. 10. l. 11. C. de natural. liber. Nov. 12. cap. ult. Nov. 89. cap. 8.*

XXXIII.

In tantum, ut substitutum in casum non existentium,
liberorum legitimorum & naturalium excludant: & sta-
tuto fæminas excludente masculis legitimè natis existen-
tibus, comprehendantur. *Gail. lib. 2. obs. 141. Borch. de gra-
dib. p. 117. & seq. Forster. de Success. cap. 28. & 29.*

XXXIV.

De eo dubitatur: an matrimonium intermedium im-
pediat

B

pediat legitimacionem prolis per subsequens matrimo-
nium? Quod negam. *Arg. l. ii. §. 1. ff. qui potior. in pign. l. 59.*
§. 1. ff. de condit. & demonstr. Nov. 74. cap. 2. §. si vero vers.
omnino enim suis existentibus &c. §. 4. Inst. de hered. qual.
& differ.

XXXV.

Sed num etiam in jure primogenituræ legitimatus na-
to postea ex legitimo matrimonio præferatur, ancipitis
juris quæstio est? Affirm. amplectimur.

XXXVI.

Legitimati per rescriptum Principis vel etjam Comi-
tem Palatinum cui ab Imp. id specialiter est concessum,
quia quo ad originariam legitimacionem verè legitimi
non sunt, ideo nec statuto excludente fæminas masculis
veris extantibus continentur, nec aliter parentibus suis suc-
cedunt, quam si iusti & legitimi liberi deficiant. *Novell.*
98. cap. 9.

XXXVII.

Utiliter hic quæritur: an, si pater legitimacione per
Imperatorem facta, uxorem ducat, & ex ea liberos legiti-
mos suscipiat; legitimatio revocetur & irrita fiat? Ne-
gantium opinio verior.

XXXIIX.

Non minus in quæstionem ancipitem trahitur: num
agnatorum & cognatorum, qui post liberos legitimos
Successuri sunt, consensus, ad hanc legitimacionem ne-
cessarius sit? Et non esse necessarium receptor doctri-
na est.

XXXIX.

Oblatione Curix à Patre ipso facta legitimati, Patri
tantum, non alijs, licet liberi iusti extent, in capita cum i-
stis succedunt. Per sui autem nominationem legitimati, per-
inde ut veri liberi succedunt. *Nov. 117. cap. 2.*

Quod

XL.

Quod si Pater plures habeat naturales, unicum autem tantum suum nominaverit? Nominationem hanc omnibus ex quodam parentibus natis prodesse putamus. *d. Novell. 117. cap. 2*

XLI.

Quid dicemus de spurij & bastardis? Illos Patri nullo modo: matri vero, ut & ascendentibus per lineam maternam rectè succedere contendimus. *l. 23 ff. de stat. hom. §. 12. Inst. de nupt. l. 5. ff. de injus vocand. l. 2. l. 4. l. 8. ff. und. cognat. §. novissimè Inst. de SCto Orfic.*

XLII.

Si tamen mater sit persona illustris, & justos liberos habeat, spurij neq; ex testamento, neq; ab intestato neq; ex liberalitate inter vivos habita aliquid percipere possunt *l. 5. C. ad SCtm Orfic.*

XLIII.

Postremo ex adulterio, incestu & nefarijs nuptijs suscepti liberi, neq; Patri, neq; matri, neq; ullis ascendentibus, aut transversalibus succedunt. *Nov. 74. cap. ult. Authent. ex complexu ubi gl. C. de incest. & inutil. nupt.*

XLIV.

Imò jure Civili inspecto ne alimenta quidem ipsis debentur, quæ tamen ex benignitate Juris Canonici præstanda sunt. *c. cum haberet §. in fin. extr. de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adulter.*

XLV.

Secundo loco si nulli descendentes supersint, ascendentes, ordine mortalitatis & successione turbato succedunt. Hos cum dicimus, etiam avum & aviam, proavum & proaviam cæterosq; ascendentes in infinitum subaudiemus. *l. 15. ff. de inoff. testam. l. 7. in fin. ff. unde liber. Nov. 118.*

cap. 2. l. 4. §. parentem ff. de ius vocand. l. 10. §. parentes 7. ff. de gradib. & affinib. l. 51. ff. de V. S.

XLVI.

Ascendentibus solis extantibus pater & mater indistinctè æqualiter in bona filiorum succedunt. Illis non extantibus alij superiores secundum graduum prærogativam admittuntur, ita ut semper propinquiores gradu remotiores excludant. *d. Nov. 118. cap. 2. Authent. defuncto C. ad SCtm: Tertyll.*

XLVII.

Non enim in ascendentium serie locum habet jus representationis, cum contra naturam sit, ut avus representet Patrem suum filium, tanquam ab eo genitus. *d. Novell. 118. c. 2. d. Authent. defuncto ibi, salva gradus sui prærogativa. C. ad SCtm: Tertyll.*

XLIIIX.

Fratres & sorores utrinq; conjunctæ defuncto, cum ascendentibus gradu proximis simul succedunt & quidem in capita; fratrum & sororum liberi, unà cum ipsis in stirpes, qui tamen non vocantur, quando soli cum ascendentibus adsunt. *d. Nov. 118. cap. 2. & 3.*

XLIX.

Planè, an defuncti frater utrinq; conjunctus, præferatur avo suo, nec ne, controvertitur? Et illum huic non præferri, sed utrumq; simul succedere rectè statuitur. *Novell. 118. cap. 2. vers. si vero &c.*

L.

Cæterum cum jura successioⁿum correlativa sive reciproca sint; correlativorum autem idem jus: parentes legitimi tantum, naturales &c. non aliter liberis, ac liberi ipsis succedunt. *Arg. l. pen. C. de legit. hered. l. ult. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. C. de Cupress.*

Adop-

L I.

Adoptivus itaque Pater, si filios adoptivos mortis tempore in potestate habuerit, ijs succedet, excluso Patre, non etiam matre naturali. *§. 2. Inst. de adopt. l. pen. pr. vers. si Pater & §. sed ne articulum C. cod. §. 14. Inst. h. t.*

L II.

Si non habuerit, naturalis Pater præfertur: non enim debet Pater naturalis per simplicem actum civilem successione privari.

L III.

Arrogator filio vel nepoti arrogato puberi in arrogatione sine liberis decedenti, in universa bona: Patre vero vel matre naturali; itemq; fratribus, & sororibus utrinq; junctis extantibus in capita cum illis succedet. *§. 3. Inst. de adopt. d. l. pen. §. fin. C. cod.*

L IV.

Naturalis Pater filio naturali intestato mortuo succedit in duabus uncis, etiam si habeat alios legitimos liberos, sive legitimam uxorem.

L V.

Certum tamen esse debet tempore necessitatis etiam hoc casu Patrem à filio ali debere. *Authent. licet C. de naturalib. liber. Novell. 89. cap. 13.*

L VI.

Mater vero filio naturali in solidum succedet, excluso etiam fratre uterino defuncti. An etiam Patre naturali in duabus uncis? Videbimus.

L VII.

Sanè à spuriorum seu vulgo quæditorum filiorum successione Pater, quia incertus, & alij ascendentes per lineam paternam, excluduntur. Mater vero, quia semper certa, cæteri q; ex materna linea descendentes, succedunt. *l. 4.*

B 3

ff. unde

*ff. unde cognat. l. 23. ff. de stat. hom. l. 5. ff. de in jus voc. l. 2.
ff. unde cognat.*

LIIIX.

Deniq; parentes, qui liberos ex incesta consuetudine ediderunt, prorsus indignos eorum successione reputari, frequentius obtinuit. *Authent. ex complexu C. de incest. & inutil. nupt. Nov. 89. cap. ult.*

LIX.

Utraque hac linea cessante, defuncto fratri vel sorori succedunt Collaterales ab utroq; latere conjuncti, æqualiter in capita, cum Patruis vero in stirpes. *Authent. Cessante l. ult. C. de legit. hered. Nov. 118. cap. 2. Nov. 127. cap. 1.*

LX.

Duorum vero pluriumve fratrum filij, an defuncto suo Patruo in stirpes, vel in capita succedant mirabile DD. certamen est? Et in capita eos succedere receptior & verior est opinio, *Constit. Carol. V. in Comit. Spir. Anno 1529. comprobata. Hotom. illust. quest. 14. Myns. centur. 2. observ. 94.*

LXI.

Fratres itaque sororesve ex uno tantum latere & cum his eorum liberi primi tantum gradus, post utrinq; conjunctos conjunctasve & horum liberos demum, eodem modo quo illi vocantur. *l. ult. C. de legit. hered.*

LXII.

In Collateralibus enim representationem ultra fratrum filios locum non habere certum est.

LXIII.

Adeo autem consanguinei & uterini tantum, ipsque deficientibus eorum liberi admittuntur, ut etiam patruo, avunculo, anitæ & materteræ defuncti præferantur, licet hi æquæ ac illi in tertio gradu constituti reperiantur. *Auth. post fratres C. de legit. hered. Nov. 118. cap. 3.*

Ita

LXIII.

Ita tamen ut consanguinei horumq; liberi in bonis quæ defunctus à Patre acquisivit: fratres uterini in ijs quæ à matre vel matris causa habet, præferantur, reliquis æqualiter divisis. *l. 13. C. de legit. hered. gl. in Authent. post fratres C. eod. Cujac. in Nov. 84.*

LXIV.

Legitimi tantum filij non succedunt nisi in adoptantis transeant familiam: tunc enim agnatis per adoptionem, non cognatis succedunt, quia nemo per adoptionem cognatus fieri potest. *l. fin. §. & ideo Sancimus C. de adopt. l. 23. ff. eod.*

LXV.

Naturales liberi, nec non spurij in paterna linea sibi invicem & alijs legitimis fratribus succedere non possunt: in materna possunt etiamsi matrem habeant illustrem. *l. 2. 4. §. 8. ff. unde cognat. §. licet autem Inst. ad Scrum: Tertyll. Novell. 22.*

LXVI.

Ex coita tandem legibus damnato nati sibi invicem succedere nullo jure permittitur. *Authent. ex complexu C. de incest. & inuul. nupt. Novell. 74. cap. ult. Novell. 89. cap. ult.*

LXVII.

Prædictis omnibus non extantibus succedunt proximi agnati & cognati, qui num ultra decimum gradum admittantur, dubio non caret? Nos omnes in infinitum qui gradus proximitatem probare queunt admittimus. *l. 2. §. 1. ff. de suis & legit. hered. §. 3. Inst. de legit. agnat. success. §. ult. Inst. de servil. cognat. Nov. 118. cap. 3. §. si vero. ibi. omnes & incept. à latere cognatos & cap. 4. ibi. & omnes sine qualibet &c.*

Liberis

LXVIII.

Liberis, parentibus & propinquis deficientibus, maritus uxori intestatæ, & contra uxor viro intestato in solidum ex juris Prætorij beneficio succedit. *l. unic. ff. unde vir & uxor. & l. unic. C. eod.*

LXIX.

In qua Successione imprimis statuta locorum, consuetudines de Successione conjugum disponentes & demum pacta dotalia bonis moribus non repugnantia considerari debent. *l. fin. C. de pact. convent. arg. l. omnes populi 9. & ibi DD. ff. de l. & l.*

LXX.

Modo ut adsint requisita, etiam aliàs ad consuetudinem, vel statutum jus commune corrigens, necessaria; juris mutabilitas, potestas mutantis, & modus mutandi, id est, conveniens declaratio. *Donell. 1. comment. 12.*

LXXI.

Hinc quæritur an valeat statutum, ut conjux in casu non existentium liberorum; parentumque, conjugi defuncto in solidum succedat, exclusis etiam Collateralibus? Nos illud valere indubitanter asserimus.

LXXII.

Porro si matrimonium sine dote vel donatione proprias contrahatur, & alter ex conjugibus divitijs affluens decedat, superstes conjux inopia laborans, cum communibus alteriusve matrimonij liberis prædefuncto diviti in quartam hereditatis partem, si tres vel pauciores adsint: si plures in portionem virilem succedit. *Authent. præterea C. unde vir & uxor. Nov. 53. cap. 6. Nov. 117. cap. 5.*

LXXIII.

Hinc elegans oritur quæstio; Num portio illa quæ conjugi superstiti debetur, per testamentum conjugis alterius

terius auferri possit? Et non posse crebrior est opinio,
argam. l. 55. ff. de leg. 1.

LXXIV.

Quid si maritus bona alienavit, an uxore pro consequenda quarta totius substantiae, potest donata vel alienata revocare? Distinctione inter alienationem fraudulentam & necessariam hanc litem commodè dirimi posse putamus. *arg. l. 17. §. 1. ff. qua in fraud. Credit. l. 59. ff. solut. matrim. c. 2. ext. de renunciat.*

LXXV.

Quid de sponsa dicemus, quā de praesenti appellitant, et quid & haec sponso, reliquis successoribus deficientibus, succedet? Affirm. calculum adjicimus.

LXXVI.

Sic Civili ratione patronus ad bona liberti, consors ad bona consortis admititur. *§. 3. Inst. de success. libertor. l. 20. C. de Episc. & Cler. l. 1. l. 3. C. de hered. decur. l. un. C. si liberal. Imperial. Soc. sine hered. decess.*

LXXVII.

Si nullum prorsus ex qualibet sanguinis linea vel juris titulo legitimum heredem defunctus reliquerit, bona ejus, rejecta affinitatis successione, tanquam vacantia, fisco deferuntur. *d. l. 1. l. 4. C. de bon. vacant. lib. 10. l. 7. C. comm. de success.*

LXXVIII.

Ea tamen intra quadriennium agnoscere cogitur, alioqui possessor bonorum adversus eum praescriptione se tueri poterit. *d. l. 1. §. l. pen. C. de bon. vacant. l. 4. §. 17. ff. de fidei comm. libert. l. 1. §. divus Pius. ff. de jur. fisci. l. 6. §. 7. ff. si quis omis. causa testam. l. 1. C. de quadrien. praescript.*

LXXIX.

Quinimò excludit interdum fiscus propiores etiam heredes; puta, si vel ob criminis alicujus atrocitatem, vel

C

alio-

alioqui indignos se hereditate fecerint. *l. s. C. ad l. Jul. majest. l. 45. §. ejus bona ff. de jur. fisci. t. t. ff. & C. de bon. eor. qui ante sentent. & c. & t. t. ff. & C. de his quib. ut indign.*

LXXX.

Heditates tamen quæ filijs rebellium & reorum per duellionis deferuntur, non fisco, sed heredibus proximioribus ab intestato venientibus applicari, rectè defendit Menochius, *Consil. 275. lib. 3. Fach. 9. cont. 36.*

LXXXI.


Tenetur autem fiscus post agnitionem bonorum creditoribus pro viribus tantum rerum hereditariarum. *l. 1. §. an bona l. 11. ff. de jur. fisci. l. 72. ff. de jur. dot.*

LXXXII.

An vero in bona vocantia succedens, teneatur legata & fidei commissa testamento vel Codicillis relicta præstare, controversa est quæstio? affirmantium sententiam amplectimur. *l. 96. §. quoties ff. de legat. 1.*

LXXXIII.

Coronidis vice insignis illa venit discutienda quæstio: An pupillo defuncto nullis agnatis vel cognatis relictis, tutor ejus, si persona extranea fuerit, ad hereditatem vocetur, adeoq; fisco præferatur? Affirmant alij; negant alij; distinguunt alij. Negantium opinio verior.



AD

AD ORNATISSIMUM ET HUMANISSI-
mum Virum - Juvenem,
DN. NICOLAUM COPPENIUM
LL. Stud. & Collegam suum
charissimum.

Nonnulli vasto dum se committere ponto
Gaudent, divitias quo cumulare que-
ant.

Prodest hoc ipsis, tibi non, Doctissime amice
Sed studio legum te incubuisse juvat:
Hinc etenim à vero potis es discernere falsa,
Harum & auxilio solvere falsa potes.
Haud labor exiguus, nec te cœpisse pigebit
Cum soleat Doctos sollicitare viros
Tu tamen haud istum Collega subire laborem
Affectas, sub se qui bona multa tenet.
Captis Ergo tuis MUSA, mihi crede, negabunt,
Non unquam laudis premia grata tibi.

Johannes Litzmannus
Rup: March: S. L. L. Stud.

Aliud

ALIUD.

Militat Artis amans sua habet Tritonia
castra

Strenuus ut miles militat artis amans
Strenuus ut miles Themidos Nicolae satelles,
Sectaris solida dogmata iustitia
Niteris ambiguas juris dissolvere liteis,
Falsaq; veridicis vellere verba modis.
Hinc valsum à vero putè discernere constat,
Sicce tibi prodes sicce alijsq; praes.
Perge agè non pavidus sinuosi dogmata Iuris
Scrutari, Et veri perge aperire viam.
Quam si perdoctus sat recte noveris olim,
Tendentem ad licitum postea magnus eris.
Sic duce conscendes Aethrae culmina laudum
Sic merito surget gloria certa tibi.
Gloria certa vicens, celsam dum Pallados artē
Inviset denso gnava juventa choro.

Marcus Lindenbergius

Wilfenaco March, S. LL. Studiosus.



L I.
Adoptivus itaque Pater, si filios ad
tempore in potestate habuerit, ijs succedat
non etiam matre naturali. *S. 2. Inst. de
vers. si Pater & S. sed ne articulum C. cod.*

L II.
Si non habuerit, naturalis Pater praefertur
debet Pater naturalis per simplicem actum
cessione privari.

L III.
Arrogator filio vel nepoti arrogato
gatione sine liberis decedenti, in unive
vero vel matre naturali; itemq; fratribu
trinq; junctis extantibus in capita cum illis
Inst. de adopt. d. l. pen. S. fin. C. cod.

L IV.
Naturalis Pater filio naturali intestat
dit in duabus uncis, etiam si habeat alio
ros, sive legitimam uxorem.

L V.
Certum tamen esse debet tempore
hoc casu Patrem a filio alii debere. *A
naturalib. liber. Novell. 89. cap. 13.*

L VI.
Mater vero filio naturali in solidum
etiam fratre uterino defuncti. An etiam
in duabus uncis? Videbimus.

L VII.
Sanè a spuriorum seu vulgo quaesito
cessione Pater, quia incertus, & alij ascende
paternam, excluduntur. Mater vero, et
caeteriq; ex materna linea descendentes.

B 3

